



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Die Schedelsche Bibliothek

Stauber, Richard

Freiburg im Breisgau [u.a.], 1908

10. Aufzeichnungen Schedels über den Kauf eines Galen vom Augustinerkloster in Nürnberg (1503).

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54213)

v.[estre] pari respondere voto, ostendam me saltem memorem accepti beneficii si unquam occasio datur futura.

Ex Amberga XXV mensis Octobris anno etc. LXXXXVI.

Petrus farmacie doctor
phiscus Ambergensis.

9. Hartmann Schedel an Georg Napurg in Reichenbach. Nürnberg, 6. August 1499 (Clm. 27, auf eingelegtem Blatt). Übersendung eines instrumentum Turketi ꝛ.

Religioso atque industrioso patri domino Georio Napurg in Reichenbach astrorum cultori amico suo colendo.

Iesus.

Salutem plurimam optat. Ab eo tempore in quo a Nuremberga discessistis, colende pater Geori: ullam de vobis salutationem accepi: Nec de instrumento astronomico Turketi appellato mittendo quicquam intellexi. Comune est proverbium: Remotus ab oculis procul a lumine cordis. Verum cum sciam vos esse amatorem astronomie in hisque sedule laborare, hec fortassis impedimento fuere. Sumite tamen quandoque otium. Et mei memor sitis. Si commode facere poteritis instrumentum Turcketi mittite. Retulistis domino preposito beate semper virginis magistro Heinvogel apud vos quiescere vera loca stellarum fixarum rectificata per quendam abbatem que conducerent pro spera solida. Is orat obsecratque, ut ea per scriptorem colligere velitis deinde mittere quantocius. Exposita pro labore idem magister illico remittet. Sperat se fructum cum hiis operaturum. Agite in his rebus uti confido, et si vobis quid gratum efficere potero scribite. Patri Ioanni Gollenhofer Salutem dicite. Valete foeliciter. Ex Nuremberga anno domini 1499 die 6. mensis Augusti.

Hartmannus Schedel arcium
et utriusque medicine doctor.

10. Aufzeichnungen Schedels über den Kauf eines Galen vom Augustinerkloster in Nürnberg [1503] (Clm. 5, fol. 1).

Anno Domini MCCCCIII Librum Galieni in quo continentur 21 opuscula in pergameno quem per longa tempora a patribus monasterii Sancti Augustini pro certa summa, pecunia aut aliis libris commutandis sepenumero dominium habere optavi. Is liber in parva libraria super sacristia positus retro nedum in asseribus verum et in pergameno per tineas lesionem sensit et folia putridum odorem de se propter humiditatem testudinis emittebant. Tandem reverendus pater prior Mantel homo admodum doctus qui postea peccit Gymnasium in Wittenberg una cum ceteris fratribus consensum ad hoc dederunt et cum patre Euchariorum liber missus, quatuor aureos pro libro obtuli, post varios tractatus talis convencio conclusa est: ut pro libro darem 6 florenos. Et per testamenta aliorum ordinarem ut duo floreni pro decore bibliotheca [!] super adderentur: Misi itaque prefato priori Mantel 6 florenos in auro pro libro et suo successori patri Euchariorum priori per Iohannem Greuß mecum testamentarium sibi presentati fuerunt, aduc 4 floreni: Sicuti et priori Henlein ad predicatores similiter 4 dati fuerunt pro decore bibliothecae. Videns autem librum tendere ad invaliditatem, Sexternos omnes divisi, mundavi et folia cum rubrica signavi. Et angelum cum armis meis per dictum Elsner depingi feci.

Et per optimum librorum ligatorem de novo in corio albo porcino et aliis ornamentis decorare feci, pro quo sibi florenum dedi ut nunc liber iste pro utilitate medicorum sic clarescere poterit ad laudem dei: post hoc bibliothecam eorum variis novis libris ornaverunt qui eis ad utilitatem cedere possunt.

HA. S. D.

11. Dr art. et. med. Burdhard Hornek an Hartmann Schedel. Würzburg, 16. August 1505 (4^o Inc. s. a. 1046, Einlage). Übersendung eines gedruckten Gedichtes des Verfassers, des Carmen de ingenio sanitatis, das an Erzbischof Berthold von Mainz gerichtet ist.

Preclaro Arcium et medicine doctori famosissimo d.[omino] M.[agistro] Hartmanno Schedel Nurinbergensi prothomedico preceptoris suo observantissimo.

Iesus.

S. p. d. Tametsi longa taciturnitas brevi colloquio terminari non potest, attamen iubeo te salvere summo corde, totis viribus, quoad Vires valeant, dii tibi omnes omnia optata ferant: et tibi et mihi in rem recte conducant nostram. dii vortant. id petam id prosequor corde et animo rogo. Verum ut hunc tibi singulariter commissum atque favorizatum habere velis summis precibus oro. pro quo si nulla unquam processerunt merita, hoc unum polliceri audeo: ad quemcunque statum pervenero me tibi eternum [sic!] fore devictum [sic!] atque obnoxium. Vale et me ama. Tuas expecto litteras. Hunc codicillum ad te misi propter antiquam necessitudinem nostram.

Munera ne credas animus pietate revulsit.

Sit tibi quod ymo corde favore velim.

Ex Herebipolim [!] altera post assumptionem [!]. Anno a carnali Christiano 1505. B.[urckhardus] de Hornek tuus divisim [?] in pari [?] habitus [?].

Auf der Außenseite Notiz Schedels: Presentata 20. Augusti. Anno 1505.

12. Petrus Danhauser an [Hartmann Schedel]. Undatiert (Cm. 23877, fol. 181^e). Bitte um leihweise Übersendung der Vita S. Sebaldi.

Egregie preclare domine doctor: Nonnulli egregii cives Vitam sancti Sebaldi emendandam castigandamque me obtinuerunt. eis enim denegare et turpe et grave duxi: quoniam ea vita ita incognita est michi ut ulli. liber item totus emendatione indignus peto per omnes deos et stigios et eliseos: si eadem [?] magistri Sigismundi apud vos sit quatenus per diem non denegetis: Valeat dominacio vestra: citius euro:

Danhusser.

Legenda Sancti Sebaldi.

13. [Uljen?] an [Hartmann Schedel]. Undatiert (Cm. 528, Einlage). Übersendung eines Gedichtes des Verfassers.

Iesus.

Quamvis variis sim impeditus negociis doctor Excellentissime, minime tamen a musis interiungo. illac enim tanquam ad suavissimam recreationem a laboribus me confero. Cum igitur de archatrio nuper inter loquendum, ut scit excellencia tua, sermo incideret, ego quod ocium nactus ea de re his versiculis lusi. volui autem eos ad excellenciam tuam mittere, ut iudicium tuum acre subirent diiudicaresque plane ne hominis ingenium descripsissem. Vale.